Felicitatem optat. Frater chariss. Nuper te absente, rebus figmentum oriebatur
Caesarem scilicet maxime indignari adversus dominum nostrum Laurentium Saurer, quia
inscriptionem sepulchro caesaris concordiam, quod et tuas aures dum hec scribo
non semel pervolavit. Addidere nonnulli quos emulos meos esse arbitror, Virdung
ob eam rem vocatum, quod tandem coram Caesarea Maiestate omnem culpam in te transfu-
disset, magis in illum quod bene illos adulatores grata contulisset. Postea autem et te
ob eam rem vocatum esse existimant. nec tamen emuli aliud sperant quam indignationem
Caesaris incideris. Age igitur mi Joachime ut in gloria cedas, et compositum rem
ad finem optatum reducas, ne emulis omnibus fabula fias. Vellem etiam quod Virdung
nostram ad partem veniret prestare de tot et tam iniquis oblocutionibus rationem
faceres. Forsitan si ipse cogitaret ut gloriosius redirent et tot suos emulos et
oblocutores omnino et penitus sperat frustrare penitus. Ceterum copiam domino meo
Virdung privilegii regii dati Astronomo heydelbergensi mitto, cuius tenor est,
ne quispiam nisi ei dederit, Ephemerides sua et Scedulas minutionum imprimere
audeat in 10 annis. Cupio habere simile privilegium, et extendi paulo altius
copiam ad alios libellos vel tractatulos proprio meo ingenio elaboratos. Et quantum
scribere et alia de quibus supra nos gratissimo fuit. Tu rogo sollicita mihi apud
dominum Virdung quia variis aliis et quidem maioribus involutus est negotiis, cum illi
commenda et apud alios ubi occasio se dederit. Praeterea apud D. Erasmum
Sternberger. Commenda studia mea pro tuo more quae ego plus prediligi
etiam apud Virdung ita enim oportet amicus pro amico facere inter Curiales
Ego hic (ut semper feci) honore et commodum quomodo possum modo procurabo Vale
Ex Vienna. 16 Martij

Georgius Tannstetter. C.

Georgii
Tannstetter.

Praestantiss. viro dn̄o Joachimo
Vadiano artiū & phīe mgro
poetices Candidato Amico &
Compatri optimo

An Maister Joachim
Vadianus